



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt XXXV. De Regvla Canonicorvm Et Canonissarum in concilio  
Aquisgranensi scripta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

72 DE CANONICORVM

Leodiensi: estque adhuc nomine tenus mona-  
sterium, dicitur enim vernaculo idiomate  
*Munster Bilsen.*

Afferunt autem nonnulli Laneradam hanc  
fuisse Caroli Martelli filiam: quod æquiuo-  
catio fecellit. Lanerada enim illa maritata  
fuit, eiusque memoria celebratur in vita filij  
Grodegandi, Episcopi Metensis.

Sic ferè Molanus in natalibus Sanctorum  
Belgij.

CAPUT XXXV.

DE REGULA CANONICORVM ET  
*Canonissarum in concilio Aquisgranensi  
scripta.*

**L**vdouicus Imperator, Caroli Magni fi-  
lius, mense Iunio Aquisgrani genera-  
lem conuentum habuit, ad quem pluri-  
mi Germaniae, Galliae, aliarumque prouin-  
ciarum Episcopi conuenérunt. In hoc conue-  
tu Capitula octoginta regularis disciplinæ  
sunt constituta, siue ut hodie loquimur, scri-  
pta est *Regula Canonicorum*, quæ extat in tomis  
cōciliarum Coloniæ per Binium editis. Scri-  
pta item est *Regula Canonissarum*, quæ typis ha-  
ctenus nondum edita, apud me exstat; cuius  
argumenta hic visum fuit subnectere.

I. Excerptum ex Epistola Hieronymi ad Eu-  
stochium.

II. Eiusdem ad Demetriadem excerptum.

III. Item

- III. Item ex eiusdem Epistola ad Furiam.  
IV. Excerptum ex Epistola Cypriani & habitu Virginum.  
V. Ex Sermonе S. Cæsarij Episcopi sanctimonialibus directo.  
VI. S. Athanasij ad Sponsas Christi.  
VII. Quales in monasterijs puellaribus debeant esse Abbatissæ.  
IX. De congregandis in monasterijs sanctimonialibus.  
IX. Qualiter ijs quæ monasterium expetunt, de rebus proprijs suis agendum sit.  
X. Qualiter in monasterio sanctimonialibus conuersandum sit.  
XI. Ut monasteria puellarum vndique muniantur, & necessarię habitationes interius præparentur.  
XII. Ut Sanctimoniales in vna societate viuentes æqualiter cibum & potum accipiāt.  
XIII. Qualiter Sanctimoniales stipendia accipere debeant necessaria.  
XIV. Quod gemina Abbatissis impendenda sit pactio.  
XV. Ut ad horas Canonicas celebrandas in cunctanter conueniant Sanctimoniales.  
XVI. De instantia orationis.  
XVII. Ut completorium pariter Sanctimoniales celebrent.  
XIX. Qui modus correptionis, erga Sanctimoniales delinquentes adhibendus sit.

XIX. Ut Abbatissæ, virorum frequentias  
vitent.

XX. Ut sanctimoniales virorum caueant fre-  
quentias.

XXI. Ut sanctimoniales erga famulas sibi  
subuenientes, per uigilem adhibeant curam  
& custodiam.

XXII. Ut erga puellas in monasterijs eru-  
diendas magna adhibeatur diligentia.

XXIII. Ut in monasterijs puellaribus do-  
mus propter anus & infirmas sit.

XXIV. Quales sint Præpositæ constituendæ

XXV. Qualis sit constituenda cellararia.

XXVI. De portæ monasterij constituenda.

XXVII. Ut non nisi statuta præsbyteri eo-  
rumq; ministri monasteria puellarum in-  
grediantur.

XXVIII. Ut hospitale pauperum, extra  
monasterium sit puellarum.

Hanc constitutionē facer conuentus anno In-  
carnationis Dominicæ DCCCXVII: Indict.  
X, anno glorioſissimi Ludouici Imperatoris  
tertio in Aquisgrani palatio, eodem monen-  
te Principe, ob animarum sanctimonialium  
canonicè degentium salutem, Diuina inspira-  
tione gratia, ex SS. Patrum auētoritatibus, velut  
ex pratis vernātibus quosdam Floſculos col-  
legit, & congressit in vnum, atque communi  
voto, communique consensu sanctimoniali-  
bus tenendum obſeruandumque percensuit.

C A P V T